Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



seruus tuus · utiq· diligebat quod uitam conferre nouerat et honorem 7

Nam iustitia dī in aeternum manet · quia quisquis eam custodierit · aeterna felicitate gaudebit 7 Itu et de lege sentiendum · quicumq· eam intellegere meruerit · caelesti uerita te completur 7

Aequitas · testimonia dī sunt · quia aeque omnia discernunt 7 pro ea se uiuificari postulat · ut pro eorū intellegentia · uitā possit capere sempiternam 7

Adules centulus sum ego & contemptus · iustificationes tuas non sum oblitus 7

Iustitia tua iustitia in eternum · & lex tua ueritas 7

Tribulatio & angustia inuenerunt me · mandata tua meditatio mea 7

Aequitas testimonia tua in eternum · intellectum da mihi & uiuam 7

COPH · UOCATIO 7

Reuerentissimus chorus · iuxta huius litterę nomen · in toto corde suo clamat ad dnm · iustificationes eius sedulus exquirens 7

Clamaui ad te · ad illum enim qui petitionem suum digne toto cordis affectu effudit 7 cum dicit saluum me fac · in animu uult intellegi non in corpore 7

Clamaui in toto corde · exaudi me dñe · iustificationes tuas requiram 7

Clamaui ad te saluum me fac · &

Iste uersiculus ad populum xp̄ianum referendus est 7 qui prius contemptus et de domo patris eiectus · recolens iustificationes dī · primogenita prioris accipiens · prior effectus est 7

Tribulatio et angustia · scīs uiris magna sunt munera 7 Inuenerunt me · quasi expectantem · quasi fixum ad earum certamina prae paratum · quoniam semper inscripturis diuinis · erat animus occupatus 7

Hunc clamorem non corporeae uoces · sed spirituales mentes intellegendi sunt 7 Illas enim exaudit altissimus · quae pia intentione uoluuntur 7 In toto corde quando clamatur ad dnm · debet incogitatione religiosa totus sp̄s occupari · ne mens diuisa efficiatur 7 Intende quid clamet · iustificationes tuas requiram 7